

FRANCISCI RVEI

Quid sint, & unde vim fortiantur,
Gemmarum proprietates oc-
cultæ. Cap. I I.

AUtor est Galenus nono simpli-
cium pharmacorū libro, quòd
Gemmæ vires habeant partim secun-
dum substantiæ totius proprietatem,
partim secundum qualitates effectri-
ces, hoc est manifestas: quas cum po-
tentijs hic emanantibus ea medicinę
pars, quam Græci φαρμακὸν ἄκλυτον, La-
tini medicatiuam appellāt, in primis
contemplatur. cuius considerationē
præsens institutum non amplectitur.
Porro substantiæ totius proprietatē
philosophi vocant occultam, quòd
substantia virium, quibus stupenda il-
la munia absoluuntur, humanæ ratio-
nis fugiat captam: vt ne summis qui-
dem viris illarum aliquā penitus asse-
qui contigerit aliter quàm multo v-
su. Nimirum quòd omnis proprieta-
tis vera ex methodo cognitio colli-
genda

Cur virtus
occulta di-
catur.